+

Nos Leopoldus, Dei Gratia Electus Romanorum Imperator Semper
Augustus ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ
Sclavoniæ, Ramæ, Serviæ, Gallitiæ, Lodomeriæ, Cumaniæ, Bulgariæq[ue] &c.
Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ,
Carniolæ, Marchio Moraviæ, Dux Lucemburgæ, ac Superioris, & Inferioris
Silesiæ, Virtembergæ, & Teckæ, Princeps Sveviæ, Comes Haspurgi, Tyro-
lis & Goritiæ, Landtgravius Alsatiæ, Marchio Sacri Romani Imperii
Supra Anasum, Burgoviæ ac utriusq[ue] Lusatiæ, Dominus Marchiæ, Scla-
voniciæ, Portus Naonis, & Salinarum. Memoriæ Commendamus tenore præsen-
tium, Significantes, quibus expedit Universis, Quod Nos, Cum ad Non-
nullorum Fidelium Nostrorum humillimam Supplicationem, Nostræ propterea factam
Majestati, tum verò attentis, & Consideratis Fidelitate, & Fidelibus Ser-
vitiis, Fidelis Nostri Joannis Tömpe, quæ ipse Sacræ primum Regni Nos-
tri Hungariæ, Coronæ, & Deinde Majestati Nostræ, pro locorum, & Tempo-
rum varietate, Fideliter exhibuit, & impendit, ac sese, in posterum
quoq[ue] exhibere, & impendere velle, pollicetur; Cum igitur eo id, tum
verò ex Gratia & Munificentia Nostra Regia, Qua, quosq[ue] de Nobis
& Republica Christiana, bene meritos, virtutisq[ue] Colendæ Studiosos, Ante-
cessorum Nostrorum Divorum quondam, Hungariæ Regum, Exemplo prosequi,
eisq[ue] certa virtutum Suarum monumenta, quæ ad majora, quæq[ue] præstanda
eos incitare possent, decernere Consvevimus; eundem itaq[ue] Joannem
Tömpe, ac per ipsum Consortem Helenam David, filiumq[ue] Nicolaum Simi-
liter Tömpe, ac ejus pariter Consortem, Elizabetham Balint, eorumq[ue]
Filias, Barbaram, & Sophiam, nec non Joannem Pap de Regiæ
Nostræ, Potestatis Plenitudine, & Gratia Speciali, in Cœtum, & Nume-
rum, verorum atq[ue] indubitatorum dicti Regni Nostri, Hungariæ & Partium ei-
Subjectarum Nobilium, duximus Cooptandum, Annumerandos, & adscri-
bendos; Annuentes, et ex Certa Nostra Scientia, Animoq[ue] Delibera-
to Concedentes, ut ipsi à modo in posterum, futuris, & perpetuis

Megyei Levéltár
Nyíregyháza

1

perpetuis, Semper temporibus omnibus illis, Gratys, honoribus, indultis, Privilegys, Libertatibus, Juribus, praerogativis, & immunitatibus, quibus cae-teri veri Antiqui, quibus caeteri & indubitati, jam fati, Regni Nostri Ungariae, & Partium ei Annexar Nobiles, hactenus, quomodo libet, De Jure, vel Consvetudine, usi sunt, & gavisi, utuntur, & gaudent, uti, frui, & gaudere possint, ac valeant, Haeredesque, & posteritates ipsor utriusque sexus Univer-si valeant, atque possint, in cujus quidem Nostrae erga ipsos exhibitae Gra-tiae, & Clementiae, ac libertatis testimonium, veraeque, & indubitatae No-bilitatis, Signum haec Arma, seu Nobilitatis insignia; Scutum videlicet Milita-re, erectum, Caelestini Coloris, fundum ejus, viridi Campo inter occupante Super quo integer Leopardus, Naturali suo Colore, effigiatus, divarica-tis posterioribus pedibus, ante Corporis admota, erecte stare, ore pate-lo, ac Lingva rubicunda, exerta, Caudaque ad tergum elevata, Anterioribus an-tem pedum sinistro ad Capiendum protenso, dextro vero evaginatam fra-meam sursum tenere, dimicanti similis, in dextra scuti partem Conversus esse visitur; Scuto incumbentem Galeam Militarem, Cratientatam, sive apertam, Re-gio Diademate, ex eoque virum, Militarem, Rubro habitu, indutum, Capite Pileo, itidem Rubro, pelle Mardurina, Subducto, ac Cristis Ornato Coo-perto, Manum, Sinistra Lumbos fulcientem, dextra autem Clavam, Sur-sum tenentem, genuum tenus, eminentem, proferente Ornatam; A sum-mitate vero, sive Cono Galeae, Laciniis, seu Lemniscis, hinc flavis & Caeruleis, illinc Autem Candidis, & Rubris, insenti, extremitates sese diffundentibus, Scutumque ipsum decenter exornantibus; quemadmodum haec Omnia, in principio, seu Capite praesentium Literar Nostrarum, pictoris manu, & artificio, proprijs suis Coloribus, depicta esse, Conspiciuntur; Eidem Joan-ni Tömpe, ac per eum superius Nominatim Specificatis Personis, ipsarumque Haeredibus, & posteritatibus, utriusque sexus Universis, Gratiose danda duxi-mus & Conferenda, decernentes, & ex certa Nostra Scientia, Animoque De

Megyei Levéltár Nyíregyháza

Deliberato; Concedentes, ut ipsi, a modo in posterum futuris & perpetuis semper
temporibus, eadem Arma seu Nobilitatis Insignia more aliorum verorum, atque indu-
bitatorum memorati Regni Nostri Hungariæ, & Partium ei Subjectarum Nobilium, Sub
iisdem Juribus, prærogativis, indultis Libertatibus, & Immunitatibus, quibus
ipsi vel Natura, vel Antiqua Consvetudine, usi sunt, & Fruisi, utunturque, & gau-
dent, ubique in prœliis, Certaminibus, Pugnis, Hastiludiis, Torneamentis, duellis,
Monomachiis, Aliisque Omnibus, & Singulis ac quibusvis Exercitiis, Militaribus, &
Nobilitaribus, nec non Sigillis velis Cortinis, Aulæis, Annulis vexillis, clipeis, Ten-
toriis, Domibus, & Sepulcris, Generaliter verò in quarumlibet rerum, & Expeditio-
num Generibus, sub, meræ vetustæ, ac sinceræ Nobilitatis Titulo, quo seos ab om-
nibus, Cujuscunque Status dignitatis Conditionis & præeminentiæ, Hominis existant-
ibus, insignitos, & ornatos, dici, Nominari, haberique & reputari volumus, & Man-
damus, ferre, gestare, illisque in eum uti, frui, & gaudere, possint-
ac valeant, hæredesque & posteritates ipsorum utriusque Sexus, Univer se-
valeant, atque possint, imò Nobilitamus, damus, & Conferimus, præsentium
per vigorem; In Cujus rei memoriam firmitatemque perpetuam præsentes Lite-
ras Nostras, Secreto Sigillo Nostro, quo ut Rex Hungariæ utimur impendenti
Communitas, eidem Joanni Tompe, ac per eum supra nominatis Perso-
nis, ipsarumque Hæredibus, & posteritatibus, utriusque Sexus Universis, Gratiose
dandas, duximus & Concedendas. Datæ per manus Fidelis Nostri Nobis Sin-
cere dilecti, Reverendissimi, in Xto Patris Dni Georgii Selepcsényi, Coloc-
ensis, & Bacsiensis Ecclesiarum Canonice Unitarum, Archi Episcopi Epis-
copatus Nytriensis administratoris, Locorumque ac Comitatuum, eorundem Supre-
mi, & Perpetui Comitis Consiliarii Nostri Intimi, & per dictum Regnum
9a Junii 1665 Nostrum Hungariæ, Aulæ Nostræ Cancellarii, in Civitate Nostra Vienna
Austriæ, die 9na Mensis Junii, Anno Dni, 1665. Regnorum Nostrorum
Romani 7mo Hungariæ, & Reliquorum decimo, Bohemiæ verò Anno
9no Reverendissimis ac venerabilibus in Xto Patribus, Dnis Georgio

Megyei Levéltár Nyíregyháza

2

Georgio Lippaj de Zombor, Metropolitanae Strigoniensis & altero praerotato Geor-
gio Selepcsényi, dictarum Colocensis & Bacsiensis Ecclesiarum Canonice Uni-
tarum, Archi Episcopis, Thoma Pálffy ab Erdöd Electo Agriensis, eodem
Georgio Selepcsényi Administratore Nitriensis, Petro Petretics Zagrabiensis,
Georgio Barsonyi, Electo Varadiensis, Georgio Szecsényi, Electo Jauriensis,
Francisco Fogllmay, Electo Transylvaniensis, Stephano Stephano Sennyei
de Kis Sennye, Electo Vespriniensis, Francisco Szegedi Electo Vaciensis,
Hiacintho Macripodari Electo Csanadiensis, Fratre Joanne Salix Electo Q-
uinq Ecclesiensis Petro Marjani, Segniensis & Modrusiensis Episcopatu
Sirmiensi vacante Stephano Bartok Electo, Tiniensis Fratre Matthaeo
Benlics Electo Bosnensis, Ecclesiarum Episcopis, Ecclesias Dei felici-
ter Gubernantibus, Episcopatu Rosnensis vacante, Item, Spectabilibus ac
Magnificis Comite Francisco Wesselényi, de Hadad, praefati Regni Nostri
Hungariae Palatino, Comite altero Francisco de Nadasd, Judice Curiae Nostrae Re-
giae Nostrae Comite Petro Zrinio, dictorum Regnorum Nostrorum Dalmatiae Croa-
tiae & Sclavoniae Bano, Comite Adamo Forgacs de Ghimes, Tavernicorum
Officio Agazonum vacante, Comite Nicolao Pálffy, de Antefata Erdöd
Cubiculariorum Comite itidem Nicolao Draskovics de Trakostyán Janitorum
Comite Georgio Illeshazy Dapiferorum Officio Pincernarum vacante
Comite Paulo Esterhazy de Galantha, Curiae Nostrae Regiae in
Hungariae Magistris, ac Memorato Comite, Nicolao Pálffy, de Praeliba-
ta Erdöd, Comite Posoniense, Caeterisque quam plurimis praenominati
Regni Nostri, Hungariae Comitatus tenentibus, & honores, Leo-
poldus. [illegible]

Georgius Selepcsényi, Archi Episcopus
Colocensis. Stephanus Orban

Anno 1666 die 14. Mensis April in Posne Sank, Sede Judiciaria Comitatus Szathmar praesentes Litterae Arma-
les, seu Armorum privilegiales, ad Instantiam Suprascriptorum Supplicantium legitime emanatae, et
promulgatae extiterunt debitaque Submissione animi receptae, Iidemque denominati Supplicantes in
Coetum, et Numerum indubitatorum hujus Comitatus Nobilium Szathmar acceptati, et adnumerati sunt Nemi-
ne prorsus contradicente. Juratus Notarius

Coll.

Megyei Levéltár
Nyíregyháza

Collatum cum Originali per Deputationem Eidemque Conforme Repertum Sub Sessione Deputationali 2da et 3tia Mensis Juny Anni 1766. Nyh[illegible]iri Possess. Regys Celebrata.

Per Spectabilem Dominum Zanathy I. Cottus Zat-mariensis Ordinarium juratum Notarium

Megyei Levéltár
Nyíregyháza

Parria Armalium Familiæ
Tömpe Karolyini residen.

Nobilis Georgius, Filius alterius Georgii Filii Nicolai Tömpö proseque
& Filiis suis { Nicolao & Joanne

Fratribus item Germanis
Stephano suisque Filiis { Georgio & Stephano.

~~Joannis jam~~
Petri jam demortui Filiis - -- { Stephano Joanne & Petro.

No. 42. & C.
1766

Megyei Levéltár
Nyíregyháza

Nos Leopoldus Dei Gratia Electus Ro-

manorum Imperator, Semper Augustus ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Sclavoniae, Ramae,
Serviae, Gallitiae, Lodomeriae, Cumaniae Bulgariaeque Rex, Archidux Austriae, Dux Burgundiae, Brabantiae, Styriae, Carinthiae, Carniolae,
Marchio Moraviae, Dux Lucemburgae ac Superioris et Inferioris Silesiae, Wirtembergae et Tekae, Princeps Sueviae, Comes Habspurgi, Tyrolis et Gor., Landgra-
vius Alsatiae, Marchio S. R. I. Supra Anasum, Burgoviae, ac utriusque Lusatiae, Dominus Marchiae Sclavonicae, Portus Naonis et Salinarum. Memoriae commendamus
tenore praesentium significantes, quibus expedit universis. Quod Nos cum ad nonnullorum Fidelium nostrorum humillimae supplicationis nostrae propterea factae [illegible] Maiestati
tum vero attentis et consideratis fidelitate et fidelibus servitiis Fidelis nostri [illegible] omni tempore, quae ipse Sacrae primum Regni nostri Hungariae Coronae et deinde Maiestati nostrae, pro locorum et tem-
porum varietate fideliter exhibuit et impendit, ac sese imposterum quoque exhibiturum et impensurum [illegible] bello Pollicetur. Cum igitur ob id, tum vero ex nostra etiam benignitate et munificentia nostra Regia, qua quosvis de nobis et Re-
publica Christiana bene meritos, virtutisque colendae studiosos, antecessorum nostrorum Divorum quondam Hungariae Regum exemplo prosequi, et illis certa quaedam munimenta, quo ad maiora quoque
[illegible] eos incitare possent, decernere consuevimus, eundem ipsum Joannem Tompe, ac per ipsum consorti Helenae Dano, filiumque Nicolaum, similiter Tompe, ac [illegible] consorti
Elizabetham Balint, eiusdemque filias Barbaram et Sophiam, in [illegible] Joannis [illegible] de Regia nostra potestatis plenitudine et gratia speciali in coetum et numerum [illegible]
bitatis Dicti Regni nostri Hungariae et Partium eidem subiectarum Nobilium duximus cooptandos, [illegible] adscribendos. Annuentes [illegible] ac [illegible] animoque deliberato concedentes,
ut ipsi a modo imposterum futuris et perpetuis semper temporibus, omnibus illis [illegible] honoribus, gratiis, privilegiis, libertatibus [illegible] praerogativis et immunitatibus, quibus
ceteri veri, antiqui et indubitati iam fati Regni nostri Hungariae et Partium ei subiectarum Nobiles, hactenus quomodolibet de iure vel consuetudine usi sunt et gavisi, utuntur et gaudent, uti, frui
et gaudere possint ac valeant, haeredesque et posteritates ipsorum utriusque sexus universi valeant atque possint. In cuius quidem nostrae erga ipsos exhibitae gratiae ac clementiae ac liberalitatis testimonium,
nium, verae et indubitatae Nobilitatis signum, haec arma, seu nobilitatis insignia: Scutum [illegible] militare erectum caelestini coloris, fundum eius viridi campo [illegible] occupante, super quo
teger Leopardus, nativo suo colore effigiatus [illegible] posterioribus pedibus [illegible] corporis admota, erecto stare, ore patulo, ac lingua rubicunda exerta, caudaque ad tergum elevata, anterior
autem pede sinistro, ad rapiendum protenso, dextro vero evaginatam frameam sursum tenere [illegible] similis in dextra scuti parte conversus esse cernitur. Scuto incumbentem galeam militarem
Craticulatam, sive apertam, Regio diademate ornatam [illegible] Mitra militari rubro [illegible] capite pileo item rubro, pelle mardurina subducto, ulterius armato [illegible] manu sinistra [illegible]
fulcitam, dextra vero clavam sursum tenentem gemina [illegible] Protectione [illegible]. A summitate vero sive cono galeae, laciniis seu lemniscis hinc flavis et caeruleis, illinc autem candi-
dis et rubris in scuti extremitates se se effundentibus, seseque ipsum decenter exornantibus, quemadmodum haec omnia in principio seu capite praesentium literarum nostrarum, pictoris
ris manu et ingenio propriis suis coloribus distinctius depicta esse conspiciuntur. Eidem Joanni Tompe, ac per eum supernominatis specificatis personis, ipsorumque haeredibus et poste-
ritatibus utriusque sexus universis gratiose dandum duximus et conferenda. Decernentes et ex certa nostra scientia animoque deliberato concedentes, ut ipsi a modo imposterum futuris et per-
petuis semper temporibus eadem arma seu nobilitatis insignia more aliorum verorum atque indubitatorum memorati Regni nostri Hungariae et Partium ei subiectarum Nobilium, sub iisdem quibus
praerogativis, iuribus, libertatibus et immunitatibus, quibus ipsi vel natura vel antiquitus [illegible] consuetudine usi sunt et gavisi, utunturque et gaudent, ubique in praeliis, certaminibus, hastiludiis,
ludis, torneamentis, duellis, monomachiis, aliisque omnibus et singulis exercitiis militaribus et nobilitaribus, nec non in sigillis, velis, cortinis, aulaeis, annulis, vexillis, clypeis, ten-
toriis, domibus et sepulchris, generaliter vero in quarumlibet rerum et expeditionum generibus sub mero, veraeque et sincerae Nobilitatis titulo, quo et ab omnibus cuiuscunque status, dignitatis,
conditionis et praeeminentiae homines existant, insigniti et ornati dici, nominari, [illegible] haberi et reputari volumus et mandamus, ferre, gestare, illisque in dicto uti, frui et gaudere pos-
sint ac valeant, haeredesque et posteritates ipsorum utriusque sexus universi valeant atque [illegible] nostro nobilitamus, damusque et conferimus praesentium per vigorem. In cuius rei memoriam firmitatemque
perpetuam, praesentes literas nostras secreto sigillo nostro, quo ut Rex Hungariae utimur, [illegible] impendenti communitas, eidem Joanni Tompe, ac per eum supernominatis personis ipsorumque haeredibus
et posteritatibus utriusque sexus universis duximus dandas et concedendas.

Datum per manus Fidelis nostri nobis sincere dilecti, Reverendissimi in Christo Patris, Domini Georgii
Szelepcsenyi Colocensis et Bachiensis Ecclesiarum Canonice Unitarum Archiepiscopi, Episcopatus Nitriensis Administratoris, Locique ac Comitatus eiusdem Supremi et Perpetui Comitis, Consiliarii nostri intimi, et per dictum Regnum nostrum
Hungariae Aulae Cancellarii, in Civitate nostra Vienna Austriae, die 9. Mensis Junii Anno Domini 1665. Regnorum nostrorum Romani 7.mo Hungariae et reliquorum 10.mo Bohemiae vero Anno 9.o Re-
verendissimis ac Venerabilibus in Christo Patribus Dominis Georgio Lippai de Zombor, [illegible] Ecclesiae Strigoniensis et alteri [illegible] Szelepcsenyi electo Colocensis, Francisco Szegedi [illegible] et [illegible]
Agriensis, Stephano Senyei de Kis Senye [illegible] Veszprimiensis, Francisco Szegedi electo [illegible] Matthaeo Benlich electo Bosniensi, [illegible] Joanne Galli [illegible] ecclesias Dei feliciter gubernantibus. [illegible]
Sirmiensis [illegible]. Item Spectabilibus ac Magnificis Comite [illegible] Wesselenyi de [illegible] Palatino, [illegible] alteri Francisco de Nadasd Judice Curiae nostrae Regiae,
Comite Petro a Zrinio, dicti Regni nostri Dalmatiae, Croatiae et Sclavoniae Bano, Comite Adamo Forgach de Ghymes Tavernicorum, Officio Agazonum Curiae, Comite Nicolao Palffy de Erdőd
nostro Cubiculariorum, Comite item Nicolao Draskovith de Trakostyan Janitorum, Comite [illegible] Weisburger Dapiferorum, Officio Pincernarum Curiae, Comite Paulo Eszterhazy de Galantha Curiae no-
strae Regalis in Hungaria Magistris, ac memorato Comite Nicolao Palffy de Erdőd Comite Posoniensi, ceterisque quam plurimis praedicti Regni nostri Hungariae
Comitatus tenentibus et Honores.

Leopoldus.

Stephanus Szelepcsenyi Archiepiscopus
Colocensis

Stephanus Orbán

Megyei Levéltár
Nyíregyháza

Megyei Levéltár
Nyíregyháza

Tömpe

1666

Megyei Levéltár Nyíregyháza

Joannis Tömpe

Armaliam

Paria

Ao 1666 die 14 Mensis Apr in Congregatione ...
... Privilegiales ...
... publicationi ... exhibitae ...
... receptae ... publicationi ...
... Corporis ... contradicente ...
nemine ...

... Komaniy

Nro 31.
1666

Pro Parte Joannis Tömpe